

Die Traditionen des Hochstifts Regensburg und des Klosters S. Emmeram (Ed. Widemann) Nr. 46

In ·Placitum atque conventum inter venerabilem episcopum Ambrichonem et quendam fidelem suum nomine Tatonem nobilem virum, ut aliquas res inter se pro communi utilitate et compendio commutarent. Dedit praedictus Tato de rebus proprietatis suae uxoris ad sanctum Emmerammum id·est ut predictus Ambricho venerabilis episcopus sive a rege cum praecepto in proprietatem acquireret, quicquid de ipsa sancta ac praedicta dei aecclesia in beneficio antea habere videbatur ad Fatiragimundi, id est ecclesiam, de terra arabili iugera LXXV, de pratis ad carradas VIII, de silva iugera II. Isti Arnmot, Folcrat, Dultinc, Teuit, Cotapreht, Vuluilo, Uuichram, Ogo, Oto, Uualtunc, Otachar, Fastmot, Perehart, Gemmunt, Hunrih, qui et investiturae fideiussor, Uualdpreht, similiter Geruuhi, similiter Gernod testis, Pazrih, Irinc, Albrih, Liutpreht, Engilhelm, Odalpreht, Salagrim, Folrat, Rodmunt, Otker, Uuisunt, Hiltimot, Lantrat, Salomon, Durinchart, Pillinc, Samvel. Ratpero monachus, Vuolfram monachus, Adalger monachus et Vuichart presbyter commutationem scrutati sunt et probaverunt.